



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CLXXVII. De gratia sermonis sapientiæ seu scientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

inter eos qui nullam illarum linguam intelligunt. Et ideo dicuntur loqui ad intellectum, & laudem Dei, & non ad intellectum & utilitatem hois: unde & Apostolus ibidem dicit, scilicet 1. ad Corinth. 14. quod ingrediens aliquis putabit eos ebrios, seu insanos. ¶ In responsione ad quartum eiusdem articuli, nota quod ultimum donum inter gratias gratis datas, hoc est, interpretatio sermonum, non solum extendit se ad exponendum obscura sacre Scripturę ppter difficultatem rerum, ut sunt mysteria Trinitatis, Incarnationis, & huiusmodi, & ppter difficultatem similitudinum & parabolarum in Sacra Scriptura multa secreta velantium, ut sunt tot tam in veteri, quam nouo testamento metaphoricę scripta, sed etiã ppter difficultatē ipsarum vocum: ita quod non ad donum linguarum, sed ad interpretationem sermonum spectat & intelligere, & exponere difficultates quę ex nominibus emergunt. Et propterea donum interpretationis sermonum non computatur inter gratias spectantes ad locutionem; sed magis inter gratias spectantes ad intellectum.

*Lib. 12. de Gen. ad lit. c. 8. tom. 3. q. 173. art. 2. q. 174. art. 2.

videtur contineri sub prophetia, quia Scripturę eodem spiritu exponuntur quo sunt editę: sed interpretatio sermonum. 1. ad Corinth. 12. ponitur post genera linguarum, ergo videtur quod donum linguarum sit excellentius, quam donum prophetię, maxime quantum ad aliquam eius partem. SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. ad Corinth. 14. Maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis. RESPON. Dicendum, quod donum prophetię excedit donum linguarum tripliciter. Primo quidem, quia donum linguarum refertur ad diuersas voces preferendas, quę sunt signa alicuius intelligibilis veritatis, cuius etiam signa sunt quedam ipsa phantasmata, quę secundum imaginariam visionem apparent. Unde & Aug. 12. * super Genes. ad literam, comparat donum linguarum visioni imaginarię. Dicitur t est autem supra, quod donum prophetię consistit in ipsa illuminatione mentis ad cognoscendam intelligibilem veritatem. Unde sicut prophetica illuminatio excellentior est, quam imaginaria visio, vt supra habitum est: ita etiam excellentior est prophetia, quam donum linguarum, secundum se considerata. Secundo, quia donum prophetię pertinet ad rerum notitiã, quę est nobilior, quam notitia vocum, ad quam pertinet donum linguarum. Tertio, quia donum prophetię est vtilius. Et hoc quidem probat Apostolus 1. ad Corinth. 14. tripliciter. Primo quidem, quia prophetia est vtilior ad edificationem Ecclesię, ad quam qui loquitur linguis, nihil prodest, nisi expositio subsequatur. Secundo, quantum ad ipsam loquentem, qui si acciperet, vt loqueretur diuersis linguis sine hoc quod intelligeret, quod pertinet ad propheticum donum, mens eius non edificaretur. Tertio, quantum ad infideles propter quos precipue esse videtur datum donum linguarum, qui quidem forte eos qui loquerentur linguis, reputarent insanos, sicut & Iudęi reputauerunt ebrios Apostolos linguis loquentes, vt dicitur Act. 2. Per prophetias autem infideles conuincuntur manifestatis absconditis cordis sui. AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, * ad excellentiam prophetię pertinet, quod aliquis non solum illuminetur intelligibili lumine, sed etiam percipiat imaginariam visionem: ita etiam ad perfectionem operationis Spiritus sancti pertinet, quod non solum impleat mentem lumine prophetico, & phantasiã imaginaria visione, sicut erat in veteri testamento, sed etiam exterius linguã erudiat ad varia signa locutionum proferenda, quod totum fit in nouo testamento, secundum illud 1. ad Corinth. 14. Vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinã

q. 174 art. 2. ad 1.

habet, linguam habet, apocalypsicam reuelationem habet. AD SECUNDVM dicendum, quod prophetia homo ordinatur ad Deum, quod est nobilius, quam ordinatum linguam. Dicitur autem quod lingua, nõ loquitur hominibus, sed hominum, vel utilitatem eorum, sed solus Dei, & ad laudem eius: sed ordinatur aliquis & ad Deum, & ad homines de est perfectius donum. AD TERTIVM dicendum, quod prophetica se extendit ad omnia supernaturalia. Unde ex eius perfectione constat statu imperfectionis huius vite, sed perfecte per modum habitus, sed imperfecte cuiusdam passionis: sed donum extendit ad cognitionem quantum ad scilicet vocum humanarum. Et hoc imperfectioni huius vite, quod per se liter habeatur. AD QVARTVM dicendum, quod sermone potest reduci ad donum, quantum scilicet mens illuminatur, & exponendum quęcumque nominibus obscura siue propter difficultatem significatarum, siue etiam propter obscuras quę proferuntur, siue etiam propter res rerum adhibitas, secundum illud dicitur de te, quod possis obscura interpretari dissoluere. Unde interpretatio potior, quam donum linguarum, vt quod Apostolus dicit 1. ad Corinth. 14. qui prophetat, quam qui loquitur linguis, interpretetur. Postponitur autem donum linguarum dono linguarum: quia estimandum diuersa linguarum generata sermone se extendit.

QVAESTIO CLXXVII. De gratia gratis data, quę consistit in sermone, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de gratia gratis data, quę consistit in sermone, de qua dicit Apostolus 1. ad Cor. 12. Alij datur per spiritum sermo sapientię, alij sermo scientię.

ET circa hoc quaruntur duo. ¶ Primo, Vtrum in sermone consistat aliqua gratia gratis data. ¶ Secundo, Quib' hæc gra cõpetat.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum in sermone consistat aliqua gratia gratis data.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod in sermone non consistat aliqua gratia gratis data. Gratia enim datur ad id quod excedit facultatem naturę: sed ex naturali ratione adiuuata est ars Rhetorica, per quã aliquis potest

...is & dicitur costru
 ...ta crevit in tem
 ...plum sanctum in Do
 ...mino. Unde dice
 ...bat Apostolus, Ser
 ...mo meus, & predi
 ...cario mea non in p
 ...suasibilibus humane
 ...sapientie verbis, sed
 ...in ostensione spiri
 ...tus & virtutis. Hinc
 ...sequi lem fit, ut p
 ...dicatores deficiē
 ...tibus a proprio prin
 ...cipio & proprio fi
 ...ne, & toto nitu que
 ...rentibus habere gra
 ...tiam, ut in multitudine
 ...no magna audiatur, sed
 ...impedimentum pon
 ...natur diuine largita
 ...ti ad in fluxum gra
 ...tiarum.

facientibus tribuit, & nō facientibus tollit. ergo videtur q̄ donum sermonis non sit gratia gratis data.
 ¶ 4 Præt. Sicut necesse est, quod homo per sermonem pronuntiet ea quæ pertinent ad donum sapientie, vel scientie: ita etiam ea quæ pertinent ad virtutem fidei, ergo si ponitur sermo sapientie, & sermo scientie gratia gratis data, pari ratione deberet poni sermo fidei inter gratias gratis datas.

SED IN CONTRARIUM est, quod dicitur Eccles. 6. Lingua eucharis, id est, gratiosa, in bono homine abundabit: sed bonitas hominis est ex gratia, ergo etiam & gratiositas sermonis.

RESPON. Dicendum, quod gratia gratis data datur ad utilitatem aliorum, ut supra dictum est. * Cognitio autem, quam aliquis a Deo accipit, in utilitate alterius cōueri nō potest nisi mediante locutione. Et quia Spiritus sanctus nō deficit in aliquo, qd̄ pertineat ad Ecclesie utilitatem, etiam prouidet membris Ecclesie in locutione, nō solum ut aliquis sic loquatur, ut a diuersis possit intelligi, quod pertinet ad donum linguarum: sed etiam quod efficaciter loquatur, quod pertinet ad gratiam sermonis. Et hoc tripliciter. Primo quidem ad instruendum intellectum, quod fit dū aliquis sic loquitur quod doceat. Secundo, ad mouendum affectum, ut scilicet libet̄er audiat verbum Dei, quod fit dū aliquis sic loquitur quod auditores delectet, quod non debet aliquis querere propter fauorem suum, sed ut homines alliciantur ad audiendum verbum Dei. Tertio ad hoc, quod aliquis amet ea quæ verbis significantur, & velit ea implere, quod fit dum aliquis sic loquitur, quod auditorem fleat. Ad quod quidem efficiendum Spiritus sanctus vitur lingua hominis quasi quodam instrumento: ipse autē est qui perficit operationem interius. Unde Gregor. * dicit in Homi. Pentecostes. Nisi corda auditorum Spiritus sanctus repleat, ad aures corporis vox docentium in casum sonat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut miraculose Deus quandoque operatur quodam excellentiori modo etiam ea, quæ natura potest operari: ita etiam Spiritus sanctus excellentius operatur per gratiam sermonis id, quod potest ars operari inferiori modo.

AD SECUNDUM dicendum, quod Apostolus ibi loquitur de sermone qui innititur humane eloquentie absque virtute Spiritus sancti. Unde præmisit Cognosciam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed vir-

tutem. Et de seipso premiserat supra 2. Sermo meus, & predicatio mea nō fuit in persuasibilibus humane sapientie verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut dictum est, gratia sermonis datur alicui ad utilitatem aliorum. Unde quandoque subtrahitur propter auditoris culpam, quandoque autem propter culpam ipsius loquentis. Bona tamen opera vtriusque non merentur directē hanc gratiam, sed solū impediunt huius gratie impedimenta. Nam etiam gratia gratum faciens subtrahitur propter culpam, non tamen eam meretur aliquis per bona opera, per quæ tollitur tantum gratie impedimentum.

AD QUARTUM dicendum, q̄ sicut dictum est, gratia sermonis ordinatur ad utilitatem aliorū. Quod autem alicuius fidem suam alijs communicet, fit per sermonem scientie, siue sapientie. Unde August. * dicit 14. de Trinitate, quod scire quæ ad modū fides & pijs opituletur, & contra impios defendatur, videtur Apostolus scientiam appellare: & ideo non oportuit quod poneret sermonem fidei, sed sufficit ponere sermonem scientie, vel sapientie.

ARTICVLVS II.

Utrum gratia sermonis, sapientie, & scientie pertineat etiam ad mulieres.

AD SECUNDUM sic procedit. Videtur, q̄ gratia sermonis sapientie & scientie pertineat etiam ad mulieres. Ad huiusmodi enim gratiam pertinet doctrina, sicut dictum est: * sed docere competit mulieri. dicitur enim Proverb. 4. Vnigenitus fui coram matre mea, & docebat me. ergo hæc gratia competit mulieribus.

¶ 2 Præt. Maior est gratia prophetie, quàm gratia sermonis, sicut maior est contemplatio veritatis quàm eius enūciatio: sed prophetia conceditur mulieribus sicut legitur Iudic. 4. de Delbora, & 4. Regum 22. de Oida prophetissa vxore Sellum, & Act. 21. de quatuor filiabus Philippi. Apostolus etiam dicit 1. ad Cor. 11. Omnis mulier orans, aut prophetas, &c. ergo videtur, quod multo magis gratia sermonis competat mulieri.

¶ 3 Præt. 1. Petri 4. dicitur. Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrates: sed quædam mulieres accipiunt gratiam sapientie, & scientie, quam non possunt alijs administrare, nisi per gratiam sermonis. ergo gratia sermonis competit mulieribus.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. ad Corinth. 14. Mulieres in Ecclesijs taceant. & 1. ad Timoth. 2. Docere mulieri non permitto. hoc autem præcipue pertinet ad gratiam sermonis. ergo gratia sermonis non competit mulieribus.

RESPON.

¶ Super Quæstionibus centesima septuagesima septimo Articulo secundum.

IN articulo secundo eiusdem quæstio. nota illud verbum, Publice alloquendo totam Ecclesiam. Apposuit enim ly. totam. non ad comprehendendum orbem terrarum fidelium, sed ad comprehendendum partes quasi essentielles Ecclesie, puta, clericum, & populum. Et intendit, q̄ licet mulieribus permittitur sic, immo mādatur, docere publice suam Ecclesiam secundum quid, ut Abbatisse, vel Priorisse suum monasterium, ut patet dum proponunt verbum Dei in capitulo suis monachibus: & rursum licet permittitur sit quod per modum private persone mulier alloquatur totam Ecclesiam, exhortando eos ad aliquid spirituale quod tunc occurrit. Hæc duo tamē simul iuncta, scilicet quod publice, hoc est, ex publico officio, ut prædicatores faciūt, & totam Ecclesiam, hoc est, populum communiter ad predicationes concurrentem, in quo clauduntur clerici & laici vtriusque sexus, nunquam permittenda sunt mulieri propter rationes in litera allatas.

In corp. ar.

In corp. ar.

Libr. 14. c. 1. a med. co. 3.

Ar. præced.

RESPON. Dicendum, quod sermone potest alius uti dupliciter. Vno modo, private ad vnum, vel paucos familiariter colloquendo: & quantum ad hoc gratia sermonis potest competere mulieribus. Alio modo, publice alloquendo totam Ecclesiam: & hoc mulieri non conceditur. Primò quidem, & principaliter propter conditionem femine sexus, qui debet esse subditus viro, vt patet Genesi 3. Docere autem, & persuadere publice in Ecclesia non pertinet ad subditos, sed ad prelatos. Magis tamen viri subditi ex commissione possunt exequi, quia non habent huiusmodi subiectionem ex naturali sexu, sicut mulieres: sed ex aliquo accidentaliter superueniente. Secundò, ne animi hominum alliciantur ad libidinem. Dicitur enim Ecclesiasti 9. Colloquium illius quasi ignis exardescit. Tertio, quia vt communiter mulieres non sunt in sapientia perfectæ, vt eis possit conuenienter publica doctrina committi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa auctoritas loquitur de doctrina priuata, qua mater filium erudit.

AD SECVDVM dicendum, quod gratia prophetie attenditur secundum mentem illuminatam a Deo, ex qua parte non est in hominibus sexuum differentia, secundum illud ad Coloss. 3. Induentes nouum hominem, qui renouatur secundum imaginem eius qui creauit eum, vbi non est masculus, neque femina: sed gratia sermonis pertinet ad instructionem hominum, idem vt quos differentia sexuum inuenitur, vnde non est similis ratio de vtroque.

AD TERTIVM dicendum, quod gratiam diuinitus acceptam diuersimode de aliquo administrant, secundum diuersitatem conditionis ipsorum. Vnde mulieres si gratiam sapientie, aut scientie habeant, possunt eam administrare, secundum priuatam doctrinam, non autem secundum publicam.

Super Questionis cent. simæ septuagesime articulum primum.

QVAESTIO CLXXVIII.

De gratia miraculorum, in duos articulos diuisa.

IN articulo primo, questio. 178. dubium occurrit circa illud in responsione ad primum dictum, scilicet quod Deus vult instrumentaliter vel interiori motu hominis, vel eius locutione & c. vtrolibet modo faciat miracula: & consistit dubium in hoc, an sit sermo de instrumento proprie dicto. Et est ratio dubij, quia videtur impossibile, quod de proprie dicto instrumento intelligatur hec licet: quoniam huiusmodi instrumentum oportet aliquid facere circa effectum. Costat autem quod non semper in miraculis, huiusmodi instrumenta aliquid faciunt, ut patet de voce Iosue cum Sol stetit. Nihil enim circa Solem, aut coelum verbum eius, aut quodcumque illorum superio-

DEINDE considerandum est de gratia miraculorum.

ET circa hoc quaeruntur duo. **¶** Primò, Vtrum sit aliqua gratia gratis data faciendi miracula. **¶** Secundò, Quibus conueniat.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sit aliqua gratia gratis data ad miracula faciendi.

AD PRIMVM sic proceditur. **V**idetur, quod nulla gratia gratis data ordinetur ad miracula faciendi. Omnis enim gratia ponit aliquid in eo cui datur, sed operatio miraculorum non ponit aliquid in anima hominis cui datur: quia etiam ad tactum corporis mortui miracula fiunt, sicut legitur 4. Regum 13. quod quidam proiecerunt cadaver in sepulchro Heliſæi, quod cum tetigisset ossa Heliſæi, reuixit homo, & stetit super

pedes suos. ergo operatio miraculorum non pertinet ad gratiam gratis datam.

¶ 2. Præter. Gratia gratis data sumit Spiritus sancto, secundum illud 1. ad Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus sed operatio miraculorum fit etiam a spiritu immundo, secundum illud Matth. 24. Surgent pseudoprophetae, & dabunt signa & prodigia magna. ergo videtur quod operatio miraculorum non pertineat ad gratiam gratis datam.

¶ 3. Præter. Miracula distinguuntur per signa & prodigia, siue portentosa, & per virtutes. Inconuenienter ergo ponitur operatio virtutum potius gratia gratis data, quam operatio prodigiorum, siue signorum.

¶ 4. Præter. Miraculosa reparatio sanitatis per diuinam virtutem fit, ergo non debet distingui gratia laetitiam ab operatione virtutum.

¶ 5. Præter. Operatio miraculorum consequitur fidem vel facientis, secundum illud 1. ad Corinth. 13. Si habueris omnem fidem, ita vt montes transferas: siue etiam aliorum propter quos miracula fiunt, vnde dicitur Matth. 13. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum. Si ergo fides ponitur gratia gratis data, superfluum est præter hoc ponere aliam gratiam gratis datam, operationem signorum.

SED CONTRA est, quod Apost. 1. ad Corinth. 12. inter alias gratias gratis datas dicit: Alij datur gratia lanitatum, alij operatio virtutum.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, Spiritus sanctus sufficienter prouidet Ecclesie in his, quæ sunt utilia ad salutem, ad quod ordinantur gratia gratis data. Sicut autem oportet quod notitia, quam quis diuinitus accipit, in notitiam aliorum deducatur per donum linguarum, & per gratiam sermonis: ita necesse est, quod sermo prolatus confirmetur ad hoc, quod credibilis fiat. Hoc autem fit per operationem miraculorum, secundum illud Mar. vlt. Et sermone confirmante sequentibus signis: & hoc rationabiliter. Naturale enim est homini, ut veritate intelligibilem per sensibiles effectus deprehendat. Vnde sicut ductu naturalis rationis homo peruenire potest ad aliquam Dei notitiam per effectus naturales: ita per aliquos supernaturales effectus, qui miracula dicuntur, in aliquam supernaturalem cognitionem cre-

3. contra e 154. & po. q. 6. arti. 4. cor. fi. & arti. 9. ad 1. & opul. 3. cap. 222.